1

Andreas Benedictus Kłągiewicz

Episcopus Chrysopolitanus Suffraganeus Vilnensis Administrans Dioecesim Vilnensem, Philosophiae et S. Theologiae Doctor, Ordinis S. Annae 2ae Classis Eques.

Illustri Reverendo Domino Georgio Bitowtt S. Th. Magro. Ecclesiae parochialis Vilnensis S. Joannis Vice-praeposito Salutem in Domino.

№ 1381.

Intuitu testimoniorum de non intercedente canonico impedimento inter personas infra specificatas: videlicet: a Te, sub die 27. mensis et anni currentis № 118.; et à Reverendo Josepho Cytowicz Capellano Oratorii Vilnensis palatii Suae Imperatoriae Majestatis, Graeco-Rossiacae confessionis sub die 23. ejusdem mensis Junii et anni № 26. emanatorum; nec non viso permissu Celsissimi principis Dołhorukow Gubernatoris Generalis Vilnensis et plurimorum Ordinum Equitis, sub diè 23. mensis Junii, anni currentis № 4,162. dato; ut in matrimonium per verba de praesenti, servato more S. Matris Ecclesiae, et forma à S. Concilio Tridentino praescripta MGDominum Josephum Korecki Consiliarium titularem, Secretarium Suae Celsitudinis Gubernatoris Generalis, juvenem ritûs graeco-Rossiaci, et Iuliam Marcinowska Virginem, parochianam Vilnensem Ecclesiae S. Joannis, denunciationibus omnibus omissis cum scitu parentum vel tutorum Sponsae, benedicere valeas, per praesentes facultatem Tibi damus, quoniam justis de causis in praedictis dispensandum censuimus.

Oneramus

Ex collectione
Alberti
Zasztowt.

Oneramus vero Tuam conscientiam, ut antequam ad benedicendum matrimonium accedas, examen diligens iterum juxta formam praescriptam instituas, ne quodvis obstet impedimentum canonicum. ———

Ut autem fides de matrimonio hujusmodi, cum nominibus testium et praesenti nostra licentia Libro Copulatorum Ecclesiae parochialis Vilnensis S. Joannis, omnino inseratur, praecipimus — Dedimus Vilnae hac die 27. mensis Junii — 1832. anno. ——

Andreas Benedictus Eppus.

ПЕЧАТЬ УПРАВЛЯЮЩАГО ВИЛЕНСКОЮ ЕПАРХІЕЮ

Secretarius Vincentius Jezierski.

Roku 1832. M^ca^ Czerwca 29. dnia.

Jako dobrowolnie i bez przeszkody ślub małżeń-
ski w Wileńskim Kościele S^o^ Jana między
nami zawarliśmy własnoręcznie podpisu-
jemy się. — Титулярный Советник Георгий
Иванов сын Корецкий
Julia Marcinowska

Jako byliśmy świadkami tego ślubu pod-
pisujemy się — Правитель Канцелярии
Военного Губернатора Надворной Советник
Всеволод Шаховской
Коллежский Советник [illegible]
Karol Marcinowski
Antoni Marcinowski [illegible]